



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 28. Jubilæum Lugdunense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

## §. XXVIII.

*Jubilæum Lugdunense.*

Annus hujus sæculi trigesimus quartus jam dudum innumeris calamitatibus, & rarioribus fatibus plerumque infaustis feracissimus præfagiebatur: Notum quoque est, quod Nicolaus Cardinalis de Cusa celeberrimus sæculi decimi quinti Mathematicus hunc annum totius Orbis postremum, ac novissimi diei initium fore nuntiavit, testante Jano Nicio Erythræo, qui epistola decima lib. 4. scribit (\*), Cusanum credidisse, ex certis conjecturis januam patefieri, ut ad novissimi diei notitiam perveniri possit, nam agebat, si Ecclesiæ peregrinationis cursus ad similitudinem ætatis Christi ductus, quatuor & triginta Jubilæis, tanquam spatii includitur, qui mille septingentorum triginta quatuor annorum summam conficiunt, atque ex iis annis (si eorum numerus a Christi morte, unde ea ortum duxit, ineatur) jam mille sexcenti duo anni præterierunt, perspicuum est, paulo plus duobus Jubilæis ejusdem ætatis reliquos esse, hoc est, annos circiter centum & duos,

(\*) Vid. Cardinals Nicolai de Cusa  
Muthfassung von den letzten Zeiten. Frankfurt  
1745.

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

*duos, neque ejus peregrinationem supra  
 num Christi millesimum septingentesimum  
 trigesimum quartum duraturam.*

men hujus diei notitiam Deus filii  
 minum voluit esse absconditam &  
 dudum Horatius Poeta Ethnicus  
 modi curiosos rerum scrutatores  
 bilavit, de illis canens: *Prudentia  
 temporis exitum caliginosa nocte  
 Deus, ridetque si mortalis ultra fati  
 dat.* Enimvero ex ipso eventu  
 conjectura falsitatis levitatisque  
 vincitur; præfatus quippe hujus  
 annus, stante adhuc dum Orbe,  
 jam tristibus quamvis & lætis  
 mixtus, præterfluxit, illum quoque  
 Lugdunensis Civitas tanquam Sacra  
 maxima festivitate celebravit. In  
 nim tempore, quo Festum Concilii  
 Christi in Sæculo XIII. medium  
 plente Romæ solemnissimo ritu ab  
 bano IV. fuerat institutum, Clero  
 Cathedrali Lugdunensi Ecclesie  
 S. Joannem singulare contulit privile  
 gium, vi cujus, quoties festum Con  
 cilio Christi unacum festo S. Joannis  
 Baptistæ in unam eandemque  
 incidit, Anni Jubilæi solennitas  
 celebretur, omnesque, qui huius festi  
 vitati interessent, plenam peccatorum  
 remissionem in vim Anni sancti seu  
 gni Anni piacularis Romani obtenturam.

sint. Simili ac singulari hac gratia in uni-  
 verso Orbe duntaxat duo Templata fuere  
 decorata, & quidem Podoniense in  
 Francia, si festum B. V. Mariæ annun-  
 tiatæ in diem Parasceves, & illud S. Ja-  
 cobi Compostellani, si S. Jacobi Majo-  
 ris festivitas in diem Dominicam inci-  
 dit: Hoc igitur anno currentis sæculi  
 trigesimo quarto, in quo hic festorum  
 concursus occurrebat, Lugdunensis  
 Archiepiscopus hanc Jubilæi gratiam  
 solemniter promulgavit, & ut populum  
 suum ad hujus thesauri participationem  
 rite disponeret, *instructionem pastorem*  
*circa Jubilæum in Ecclesia Primatiali Lug-*  
*dunensi ad S. Joannem, hoc Anno 1734.*  
*celebrandum ob concursum festi Corporis*  
*Christi cum solemnitate Nativitatis S. Joan-*  
*nis Baptiste Lugduni edi curavit: In*  
 prima illius parte Archiepiscopus hujus  
 Jubilæi originem præprimis declaravit,  
 in altera vero parte illius condiciones  
 & annexas indulgentias indicavit, ac  
 non minus solide quam diserte cuncta,  
 quæ opponi possent, diluit, ac deni-  
 que in tertia de dispositionibus ad ac-  
 quirendam hanc gratiam necessariis re-  
 ligiosissime egit. Præterea Lugdu-  
 nenses Comites ad perpetuam tantæ  
 solemnitatis memoriam Nummos auro  
 & argento cudi curarunt, quorum an-  
 tica pars Altare exhibebat cum super-  
 im-

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

Sæc. XVIII. imposita S. Hostia Solis radiis circum-  
 A. C. 1734. cincta, subtus vero legebatur

inscriptio: Ecclesiæ Lugdunensis  
*læum seculare quartum: in margi-*  
 tem hæc verba sculpta erant: *De-*  
*us & Capitulum Ecclesiæ, Comites Lu-*  
*gundenses dant, dicant, consecrant. Anno*  
 ac denique in averfa facie videtur  
 Effigies S. Joannis Baptistæ cum  
 epigraphe: *Prima Sedes Gallicæ*  
 Haud absimilem monetam Archa-  
 scopus & Capitulum Lugdunense  
 Sæculo IX. tam magno numero  
 jussit, ut per quingentos ferme  
 vulgati commercii moneta esset.  
 hodieum nonnullæ in veterum  
 mismatum cimeliarchiis reperitur.  
 Porro tantam conservandæ monete  
 sollicitudinem ipsa rei raritas  
 videbatur; quinque enim abhinc  
 culis hic concursus, proin eadem  
 solemnitas hucusque nonnisi tri-  
 currebat annis, nempe Anno 1451.  
 Anno 1551. ac denique 1666. nec  
 hunc Annum 1734. recurret, nisi Anno  
 1886. quo itidem festum Theophaniæ  
 cum die Natalitia S. Joannis Baptistæ  
 concurret: Eapropter veteres Lu-  
 gundenses in suis antiquis Calendariis so-  
 lerter Gallicos hos versus inferunt

Quand Georges Dieu crucifera, Sæc. XVIII.  
 Quand Marc le resuscitera, A. C. 1734.  
 Et lorsque Jean le portera  
 Jubilé dans Lyon fera.

## §. XXIX.

*Lutheranorum sollicitudo de sua secta  
 in perpetuum firmanda.*

**H**aud parum variis ærumnis ac molestiis pressum summi Pontificis animum recreabat, dum certo sibi constaret, nonnullos in Saxonum Ducatu hucusque in sua secta obstinatos ad Augusti Poloniæ Regis & Saxonix Electoris exemplum ab Augustanæ Confessionis formula ad fidem Catholicam fuisse reversos: Attamen haud diuturnum erat hoc solatium; quamvis enim aliqui ex Saxonibus pariter agnito errore eandem veritatis semitam prompto animo calcassent, plures tamen bona Ecclesiastica, quæ prima ferventis sectæ rapacitas eis adjudicabat, restituendi difficultate absterrebantur: hoc tamen ipso obstaculo per Pontificiam indulgentiam sublato adhuc majus opponebatur repagulum, non sine maximo, haud tamen sanando Pontificii pectoris dolore; postquam enim Fridericus Augustus III. Saxonix Elector Religione Catholicus post Patris sui